

1773.

- *
1. Ackermannus : Rhapsodie supplementa. Rhapsodie
supplementa. Programma, quo ordinarius senior
caeterique fac. iuridice assessorum memoriam
Ackermannianam indicant.
- *
2. Bornius : De iuribus uxoris notabilis in concursu
mariti. Programma, quo ordinarius senior reliqui
doctores fac. iuridice . . . solennia Doctoralia
Facultatis Huricis Bornii et Christophori Triestini
Wallii indicant.
3. Ackermannus, Joannes Triest : Programma, quo ordi-
narias senior et reliqui doctores fac. iur. solen-
nia Doctoralia Joannis Triest Ackermannii . . .
indicant.
4. Ponikan, Christopherus Conradi, de : Rhapsodie
supplementa. Programma, quo ordinarius senior
caeterique doctores fac. iur. solennia Doctoralia
Christophori Conradi de Ponikan indicant.
5. Bauerus, Huricus Gorupus : Simultanea iuris.
huius, quatenus non tunc et quatenus secundum
stipes succedant.

1773.

6. Bochmias, Ioh. Gottlob: De Johanne Friderico, 12
princ. elect. sax., summo historiarum patrone 11
prolilio, orationibus in memoriam Henr- 10
ici anam, serpentineam, Ridelianam. ~ 13.
praemissa.
7. Born, Jacobus Henricus: Specielegimus observatio 14.
num de potestate iuri dicundi cum archimarche 15
lati taximico capsula.
8. Breuning, Christianus Henr.: De causa queriae 16
Falsidine in legato liberationis.
9. Breuning, Christianus Henr.: An superest causa 17.
odii queriae in sufficiens testamento?
- 10 Breuning, Christianus Henr.: De canticone pro ea 18.
penitus.
11. Breuning, Christianus Henr.: An remuneratio here-
ditatis paternalis involvit remuneracionem 19.
datis filiae elocatae?

1773.

12. Breuning, Christianus Nur: An heros tabe
petitio res singularis ex heros tabe vindica-
tionem suspendat?
13. Breuning, Christian Nur: De inib[us] clausula
executiva aliquae praemissa causa cognitione
14. Breuning, Christianus Nur: De adaptione feminina
rum.
15. Breuning, Christianus Nur: An heros ius h[ab]ui possit
sob condicione, si religione m[al]averit?
16. Breuning Christianus Nur: Num mandatarius
genios pacis causa missus ipso jure sit legatus?
17. Breuning, Christianus Nur: An omnis legati translatio
involvat ademptionem?
18. Breuning, Christianus Nur: An actione commodati
directa conservator recte commodatarius, ceci-
res commodata evicta erat?
19. Breuning, Christianus Nur: Quaestio juris contractus
et modum consiliius portio nem habentiam
virtual praesertim.

1773.

20. Breuning, Christianus Henr.: An depositi actione
absis hodie dari possit?

21. Breuning, Christianus Henr.: An exilio praesula
da exuta serotula?

22. Breuning, Christianus Henr.: An res licet, qui
possidet cum donum sacerdotum obligatus ad operas
ad officias seu Basiliicas seu Franconias?

23. Breuning, Christianus Henr.: An res incorporeae
impeditur tanquam sub hypotheca generali; in genere
mobilia et immobilia tanquam mentis facta?

24. Breuning, Christianus Henr.: De justo et injusto
circa homines non morales.

25. Breuning, Christianus Henr.: Praeceptio juris contractus
verni ad actionem Paulianam

26. Breuning, Christianus Henr.: In concepcione dominii
conductoris noveat locator?

27. Breuning, Christianus Henr.: De legati hypothecae rei
immobilis usq; habentur.

lio 1773.

36. Breunig Christianus Huc: An remuneratio con-
dictio eius in debiti valeat?
37. Breunig Christianus Huc: An omnis praeium tan-
quam in officio reperiendi possit?
38. Breunig Christianus Huc: An exceptio / malus con-
sulti Macedonius locum habeat in causis
filii partoris?
39. Breunig Christianus Huc: Quantum valeat postum
ad des remaneat apud maritum?
40. Breunig Christianus Huc: An iura urbanae
statalicia obligent in culas municipio?
41. Breunig Christianus Huc: De securitas negotiorum
jus in tempore
42. Breunig Christianus Huc: Haec glandis legendarie
ejus est, cui in sylva competit vocationis?
43. Linetus, Christianus, Goldbach: De valore donationum
inter parientes et liberos.

1793.

35. Linetus, Christianus Gottlob: De valore donationum in 43.
inter parentes et liberos.
36. Linetus, Christianus Gottlob: Commentatio ad Saxon. dec.
anno 1781 ac 1786.
37. Linetus, Christianus Gottlob: Varia iures ciuitatis capita-
38. Hommelius, Carolus Ferdinandus: De adventu juris canonici
in Germaniam. 75
39. Kindius, Ioannes Adams Theophilus: De origine
et potestate curiae provincialis supremae in Saxonia. 76.
40. Pfeffermannus, Iosephus Ludovicus Ernestus, patr. jas. procancellaria-
ris: De iuris mariti, interdum justa separationis aequi-
tatem temporarie causa. Programma, quo sollemnia inaugu-
ratio Christianae Novae Heilagiae, indicat.
41. Pfeffermannus, Iosephus Ludovicus Ernestus: De poenit. pro fe-
quentia delictorum temporeando.
42. Pfeffermannus, Iosephus Ludovicus Ernestus: De Salvacio
interdicto.

1773

43. Paethmannus, Iuris Hudsonianus Enchirion: De remissione
figuris uxori in banc mariti competentis aliquae
juris iurando valida.

44. Ran, Christianus: De Aurelio Arcadio Charizio, veteri
jurisconsulto.

45. Richterius, Christ. Gott.: De jure thesauri a mercenariis
inventi.

46. Richterius, Iwanus Tobias: De obligacione ad iusti-
tiam.

zurück und wurde wieder auf die alte
Stelle gesetzt. Dieser und der von mir auf
gefundene waren wohl ältere als diejenigen
die jetzt vorhanden sind. Es handelt sich
um einen kleinen Tisch mit einer Platte aus
Holz, die oben und unten durch eine
Metallplatte verstärkt ist. Die Platte ist
mit einem Kreis in der Mitte versehen.

Die Holzplatte ist leicht gebogen.
Sie hat eine Länge von ca. 10 cm und
eine Breite von ca. 5 cm. Die Oberfläche ist
mit einer Art Lack überzogen. Der Lack ist
etwas abgewetzt und zeigt die Holzstruktur
unterhalb. Die Platte ist auf einer Seite
mit einer Art Klebeband befestigt. Das Band
ist ca. 1 cm breit und ca. 10 cm lang.
Die Platte ist auf einer Seite mit einer
Art Klebeband befestigt. Das Band
ist ca. 1 cm breit und ca. 10 cm lang.

9442
QVAESTIO
IVRIS GENTIVM
NVM
MANDATARIVS GENTIS
PACIS CAVSA MISSVS IPSO.
IVRE SIT LEGATVS?

1773, 16.
QVAM
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA
PRAESIDE
D. CHRISTIANO HENR. BREVNING
PROFESS. PVBLIC. ORDINAR. IVR. NAT. ET GENT.
ET SOCIETAT. LITERAR. DVSEVRGENS.
SOCIO
DIE II. OCTOBR. ANNO CCCCCCLXXIII
DEFENDET
AVCTOR ET RESPONDENS
CAIETANVS AVGVSTVS IAHN
MARIABERGENSIS.

LIPSIAE
EX OFFICINA LANGENHEMIA.



N V M
MANDATARIVS GENTIS
PACIS CAVSA MISSVS IPSO
IVRE SIT LEGATVS?



§. I.

D e legatis pacis causa missis tractaturi, ante omnia dispiciendum esse arbitramur, num illa doctrina, ad quam quaestio nostra pertinet, ita sit exulta, omnibusque numeris absoluta, ut nullo indigeat augmento, ideoque supervacanea sit, quam nauamus, opera. Scriptores plerique, qui de legationibus egerunt, quorum quidem numerus non est exiguis, in eo peccarunt, quod huic iuri miscuerint, atque confuderint multa, quae ex vero hominum

A 2

arbi-



arbitrio descendunt, neque per solam rationem possunt demonstrari, inter quos eminet GROTIUS *), qui multis iuris legationum quaestiones ex consuetudinibus gentium dijudicare audet. Hinc nostris adhuc diebus opus desideratur, in quo seorsim omnes iuris nostri regulae ordine quodam traditae sint atque expositae, ut bene monuit de la CALLIERES de la maniere de negotier avec les Souverains T. I. Cuius ratio vel in eo quaerenda est, quod multi existimauerint, hanc doctrinam a sola hominum voluntate originem ducere, et, quae in ea doceri possunt, consensu gentium atque obseruantia esse introducta; neque eam posse ex sola ratione probari. In quem errorem incidit summus huius scientiae magister WIQUEFORTIVS dans l'Ambassadeur, ut ex eius verbis coniicere licet: *Je fais bien, que tout ce, que j'en pourrai dire, ne sera pas une science, qui ait ses principes mathematiques, ou qui soit fondée sur des raisons demonstratives, sur les quelles on puisse faire des règles certaines et infallibles.* Non quidem plane erronea est huius viri sententia, sed valet tantum de eo, quod caeremoniarum et splendoris ergo tacito gentium consensu pactisque introductum est, cui contingere solet, quod canit poeta:

La mode passe, et l'homme ouvre les yeux.

De ipso autem legatorum iure neutiquam haec dici possunt, cum hoc pars sit iuris diuini naturalis, ideoque ex sola ratione demonstrandum. Quae cum ita se habent,

*) De I. B. et P. I. II. c. XVIII. IV. 2. qui dicit: *ius hoc, non ut ius naturale ex certis rationibus certo oritur, sed ex voluntate gentium modum accipite.*



5

beant, facile est ad intelligendum, multas adhuc posse
erui huius doctrinae veritates, et me excusationem meri-
turum, quod animum ad scribendum appulerim.

§. II.

Inter alias iuris legationum quaestiones paulo accu-
ratori cura inuestigandas illa mihi visa fuit sat grauis:
num mandatarius gentis liberae pacis caussa missus ipso
iure sit legatus? quod cum affirmare ausim, mihi erit
demonstrandum, talem legatum non egere admissione
principis admittentis, sed, simulac emititur a principe
suo, perfecta legatorum iura ei nec posse, nec sine lae-
sione debere denegari.

§. III.

Priusquam ad probationem ipsam veniam, dicam,
de quibusnam legatis mihi potissimum sit sermo, diuer-
sos enim esse fines, ob quos legati mittuntur ob diuer-
sam rerum naturam, et inde diuersos ipsos legatos, quis
est, qui nesciat? Inter legatos autem pacis caussa mis-
sus eos quoque numerari debere, qui, vt omnium ne-
gotiorum, sic pacis et concordiae conseruandae ergo
perpetuo in aulis exterorum principum tegunt, ideoque
legati ordinarii audiant, vix est, quod dubitemus.
Quorum utilitatem nonnulli in dubium vocarunt, existi-
mantes semina discordiarum ab iis inter principes suos
spargi; verum, si finem, ob quem mittuntur, perpen-
dimus, bene intelligimus, nequaquam in eorum partes
transeundum esse, cum abusu nunquam tollatur usus,

A 3

vid.



vid. CALLIERIVS l. c. T. I. et Cardinallis RICHE
LIEV dans le testament politique T. II. chap. VI. p. m.
34. sq. vt taceam, exploratores inter gentes esse necessa
rios, teste HOBESIO in elementis de ciue §. XIII.
§. 7. Verum enimvero cum hi legati non pacis ineun
dae gratia mittantur, sed et pacem a principe suo cum al
tero, ad quem proficiscuntur, olim initum conseruent,
aliaque negotia administrent, neque mihi animus est,
plura de iis adiicere, propterea quod nostri instituti
ratio postuler, de iis verba facere, qui, bello inter
duas gentes exorto, pacis restituendae gratia emit
tuntur.

§. V.

Caeterum neminem posse consequi iura legatorum,
nisi antea a principe, ad quem mittitur, sit admissus,
certo negabitur a nemine. Pendet enim ab arbitrio prin
cipis admittendis, num admittere velit legatum alterius
gentis, cum hoc non debeatur ex iure perfecto, sed officium
humanitatis sit, ad quod praestandum nemo inuitus cogi pot
est, bene ita monente Illuстр. GVT SCHMIDIO in diff. de pra
rogatiua ordinis inter legatos §. 15. vid, etiam EXC. PRAESIDIS
nostrri Delin. Philos. Iusti Sect. II. Cap. V. §. 5. Qui
mittere possint legatos, docet nos GROTIUS L. c. l. II.
c. XVIII. n. 1. et quale sit hoc ius, BYNKERSHOEK
de foro legatorum c. V. Cum vero vix villaे sint regulae,
quae exceptionem non admittant, hic quoque afferri ca
sus posse autumo, ex quibus patefit, mandatarios gen
tium interdum adipisci haec iura, quamvis eis nondum
concessa sit admissio a principe admittente. Sic legati pa
cis

7

cis causa missi ipso iure sunt legati, neque reiici possunt
a principe, ad quem proficiscuntur, iniurabilitas et alia
legatorum iura, simulac emittuntur, eis competit,
quorum, ut speciali demum admissione fiant participes,
non est necessum; ni forte quis litteras commeatus, quas
legatus ab hoste, ad quem mittitur, accipit, pro ad-
missione tacita habendas esse existimet.

§. V.

Pacem secundum Iuris Naturalis principia quaerendam
esse, ubi haberi potest, luce meridiana clarior est veritas;
quod si hominibus curae cordique esset, vix unquam
orientur bella tam cruenta et horrida. Nullum autem iustum bellum oriri potest, nisi praecedat
laesio, neque eo aliud petere debemus, quam satisfactionem, ut scilicet damnum ab altero nobis illatum
resarciantur. Nec perpetuo in statu hostili versari possumus, quod nec consentaneum esset legibus a summo
numine hominibus per sanam rationem publicatis, et quod conseruationi hominum maxime no-
ceret, vid. HOBES l. c. c. XIII. Cum itaque tantum praestet pax, quantum bellum nobis de-
bet esse iniustum, cum omnes tangat, quod suadet
poeta colonis:

*Pace Ceres laeta est, at vos optate coloni
Perpetuam pacem.*

De necessitate pacis plura monere supersedere possem,
ni animus esset, paullo vberius demonstrare, laesum
in

in ipso statu hostili et obligatum esse ad pacem restituendam, et satisfactio arbitrio suo determinata a parte laedente oblata ipsum posse cogi, ut ad pristinum quietis statum redeat.

§. VI.

Homini laeso cempetere ius, ut ius suum contra laedentem, qui id auferre conatur, defendat, aut ut eundem ad restitutionem ablati cogat, supra ostendimus; reliquum est, ut addamus, item tandem esse finiendum, simulac satisfactio oblata est, et vindictae satis tributum, quo facto, si laeso damnum reparatur, necessario ad pacem ineundam obligatus est. Cum enim I. N. permittat, ut in defensione et vindicatione rerum nostrarum lenioribus utamur remedii, si ad hunc finem sufficiunt, et in hoc casu prohibeat violentiam, vid. A C H E N W A L L in *in prolegom. I. N. p. m. 137.* facile est ad intelligendum, bellum atque interencionem alterius tunc demum locum habere, cum neque satisfactio impetrari potest, neque laedens animum laedendi deponit; hinc si a laedente omnia ea praestantur, quae ad reparandum damnum et reconciliandum laesum facere possunt, definit laedens esse iniustus, e contrario iniustitia vergit in laesum, omnes pacis conditiones recusantem. Qui si ipse non vult iniustitiam committere, ut de pace cogitet, necesse est.

§. VII.

Necessitate pacis intellecta, consequimur, omnia esse necessaria, quae eam possunt producere. Ut is,
qui

qui in aliquem locum tendit, viis, quae ad eum ducunt, praecclusis, nunquam eo perveniet; Sic, qui finem aliquem vult, non debet negligere remedia, quibus ad eum consequendum ut oportet. Ad omnia ergo media laedens configere potest, quae ad restaurandam pacem, finemque bello imponendum conducere queunt, in quo ei nulli a laeso ponendi limites. Quamuis enim satisfactio a laedente praestanda pendeat ab arbitrio laesi, ab eoque sit determinanda, non tamen eo usque progredi potest laesus, ut in mediis satisfaciendi eligendis praescribat, sed laudentis iudicio permittendum est, ea eligere media, quae putat suo fini maxime inservire.

§. VIII.

Quae hactenus in prioribus §. §. protulimus, ea vero quoque sunt, si ad gentes liberas applicamus, cum I. N. ad facta et negotia gentium applicatum, gentibus etiam det iura. Igitur gentes bellum inter se exortum pacis conditionibus consopiturae ut conueniant necesse est, quod cum per principes nec fieri soleat, nec interdum possit, eligendi sunt, quibus hancce mandent prouinciam. Omnes autem, qui negotiorum peragendorum gratia ad exteris gentes mitruntur, legati audiunt, et charactere repraesentatio alisque iuribus gaudent, quae tamen non prius assequuntur, quam admissi sint a principe, ad quem alegantur, quia admissio est humanitatis, neque ex iure perfecto debentur. At in legatis pacis causa missis aliter res est decidenda, quippe qui media sunt ad pacem restituendam, pax autem cum sit

B

ne-



necessaria, media etiam, quibus provehitur, necessaria esse; fieri non potest, quin concedamus. Quae quidem egregie illustrantur verbis Sam. de COCCELI in iure controverso tit. de legat. quaest. II. Disidentibus bello populis cuique parti natura permisum est, oblatâ satisfactione bellum finire: Ergo et eadem naturae lege cum securitate legatos mittere, sine quibus satisfactio afferri nequit. Quin hoc ipso, dum assertur satisfactio, desinit iniuria, desinit hostis et bellum, quod iustum non est, nisi ad reparationem iniuriae geratur: belli autem iure cessante, cessat laedandi licentia et ius hostis in legatum pacis caussa missum etc. Quae cum ita se habeant, gens legatum pacis caussa mittens ex iure perfecto a principe admittente exigere potest, ut suum legatum agnoscat, eique tribuat omnia iura, quae legatis conceduntur, hinc non opus est expressa admissione, cum legatus, simulac emititur, ipso iure sit legatus, et per suum principem haec iura adipiscatur, neque possit reiici a principe admittente.

§. IX.

Nostris etiam legatis accensendi sunt buccinatores, de quibus peculiari diss. egit WILDVOGEL. Hi quidem Specialibus in Germania iuribus gaudent, eosque imperator protectioni Electoris Saxoniae subiecit, vid. WILDVOGEL diss. cit. §. II. et Cl. BORNII diss. de potestate iuris dicundi cum Archi-Mareschallatu Sax. copulata. obs. II. §. 5. Solent interdum gentes buccinatores mittere, quibus tunc omnino iura legatorum competunt. Quemadmodum autem legati pacis caussa missi admissione non indigent, sic buccina-

II

cinatores quoque, qui hostem de pacis conditionibus
reddunt certiores. Quod violari non debeant, do-
cet nos WIQVE FORTIVS l. c. Les Generaux se
servent aussi de Trompettes et de Tambours, qui ayant
succédé à la fondation des herauts, jouissent aussi de leurs
droits et de leurs priviléges — on fait aussi violence
au droit des Gens, en faisant outrage aux tambours et
aux trompettes etc. add. WILDVOGEL diff. cit. §. 14.

§. X.

Eadem, quae legatis aliorum negotiorum caussa
missis, iura conceduntur, nostris etiam competere,
non est, quod commemorem. Supervacaneum quo-
que videtur, mentionem facere quaestio[n]is, qui sint
mittendi? ob rerum enim grauitatem non in quemlibet
hoc munus potest devolut. Caeterum qui boni
et prudentis legati indeolem cognoscere vult, adeat
BOVGEANTIVM dans l'*histoire des guerres et nego-*
cations, qui ont precedées le traite de Westphalie, T.
II. ubi auctor hic optimos eius temporis legatos
Avauxium et Saluium depingit, atque inter se compa-
rat, ex quo multum utilitatis in eum redundare potest,
qui huic scientiae dat operam. Non addo exempla,
quae non probant, sed illustrant, tantum, et quae in
sola doctrina depingenda omitti possunt, ut putat
BOEHMERVS in diff. de priuatis legatorum sacris §. 4.
fecissim sane, si per angustias temporis et libelli licuisset.

DOCTISSIMO RESPONDENTI

S. P. D.

P R A E S E S.

Gum libellum proprio marte doble elaboratum offerres simulque postulares, vt illius defensionem in me susciperem atque in ipso certamine erudito praefidis vices gererem; non solum summa cum voluptate hocce officium suscepit, sed etiam omnī laetitia doctum libellum perlegi. Quid enim iucinarius mihi esse potuisse. quam auditoris optumi camitem agere in laude et gloria paranda. Sane scuti diligentiam *TVAM* in me frequentando atque audiendo, ingenium atque iudicium in opponendo, texteritatem et fidem in me amando semper et miratus sum et magni feci; ita eo lubentius hanc mihi demandatam spartam suscepit, quo certior sum, *TE* in ipso erudito examine ita exhibiturum, vt exactissimae *TVAE* diligentiae maxime laudabile specimen sis editurus. Libellum perlegi, nihil in ea inveni, quod mihi defendi non posse visum esset. Nihil ergo emendandum censui, ne *TVIS* mea adiscerem, et ne quid *TVAE* laudi detrahere velle videar. Gratulor itaque ex animo de eleganti doctrina, quam *TIBI* parasti quaque *TE* ornatum amplector, et opto vt *DEVS O. M.* ita *TE TVAque* studia beare velit, vt in sui nominis gloriam, patriae et conciuim utilitatem atque *TVAM TVORVMque* salutem vergant. Caeterum *TE* rogo, vt me amare nunquam desinas, qui *TE* amare semper pergam. Vale. Dabam Lipsias d. I. Octobr. *MDCCLXXXIII.*



ULB Halle
004 758 501

3



Sb

*Vd
18*

Farbkarte #13



9442
1773, 16.
Q V A E S T I O
I V R I S G E N T I V M
N V M
**MANDATARIVS GENTIS
PACIS CAVSA MISSVS IPSO.
IVRE SIT LEGATVS?**
Q V A M
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA
P R A E S I D E
D. CHRISTIANO HENR. BREVNING
PROFESS. PVBLIC. ORDINAR. IVR. NAT. ET GENT.
ET SOCIETAT. LITERAR. DVISBVRGENS.
S O C I O
DIE II. OCTOBR. ANNO cIcIcCCLXXIII
DEFENDET
AVCTOR ET RESPONDENS
CAI ET ANVS AVG VSTV SIAHN
MARIABERGENSIS.

L I P S I A E
E X O F F I C I N A L A N G E N H E M I A .